



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Quomodo malè homines ad Confessionem parati accedunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

mē in feria, & solida peccatorum examinatione,  
quæ ad vnum quæmque pertinet, ita ut vniuersi,  
quantum in se est, eum animi dolorem, qui iure  
in hoc Sacramento requiritur, habere conen-  
tur, cūm firma, ac constanti deliberatione ani-  
mi, tum præteritis satisfaciendi, tum vitam in  
posterum emendandi. In quibus igitur eam præ-  
parationem desiderari animaduertent, verbis  
benevolis persuadere conabuntur, ut denuò  
conscientiam suam diligentius examinent, ac  
rectè sese præparent.

*Quomodo malè homines ad Confessionem pa-  
rati accedunt.*

Signa autem ex quibus conjectura capi po-  
test, eos sine iusta præparatione ad Sacra-  
mentum venire, hæc sunt. Si ad confessionem pro-  
perant, quasi ab ipsa occupatione rerum suarum  
auulsi, nullo temporis spatio prius in orationem  
collato, vel si eos peccatorum nullam habere  
cognitionem appareat: deinde si Confessarius  
iam tum præficiat, quod à confessione nihil mi-  
nus, ac ante suis in peccatis sint perseveraturi,  
sive quod in se peccatum mortale quodpiam te-  
neant, vel quod occasionem quæ ad mortale  
pertrahat, amplexi teneant, nec ei valedicere  
velint, sive quod aliena bona, cūm possint, resti-  
tuere negligant.

Aduertat tamen Confessarius, si pœnitentes  
studij nonnihil à se præstisset ad eam præpara-  
tionem, de qua dictum est, consequendam vide-  
rit: & obseruet tamen vel ob eorum ruditatem,  
vel quid aliud, necessariò aliquid ijs deesse, vt  
implemet quod deest supplet sua industria, & ad  
cogni-

cognitionem maiorem eos inducere ad laboret: quod fiet optimè, si peccati turpitudinem & gravitatem ponat illis ob oculos, quippe quod Deo aduersetur vel maximè, ac damnationis æternæ malum peccanti infinitum adferat, atque hoc pacto pœnitentem infligere, & sic effringere conetur, ut de vniuersis & singulis peccatis mortalibus, tam acrem animi dolorem persentiat, ut securè eis absolutionis beneficium possit impetriri.

Præterea, pœnitentes, sed eos præcipue qui rarius confitentur, pro iudicio, & necessitate cuiusque, rationem ac methodum quandam benè confitendi diligenter edoceant, ac speciatim quantum intersit ut integra sit confessio, aliasque circumstantias quæ ad ea requiruntur, & quam vim itidem habeant exponant.

*Pueri quomodo audiendi.*

Consuetudo honesta est, puerulos, etiamsi quinorum, aut sextum ætatis annum decimum excederint, ante Confessarium adducere, ut sic incipient paulatim instrui, ac manu quasi in cognitionem, atque usum huius Sacramenti transferri: caueant tamen accurate Sacerdotes, ne absolutionem cum Sacramento ijs præbeant, in quibus nec idonea materia, nec ea rationis plenitudo reperitur; ac citra controversiam iudicare possint, eos huius Sacramenti capaces esse: operam tamen maiorem collocabunt cum ijs, qui septimum, aut octauum annum iam attigerunt, quantum puerilis ætas ferre videbitur, ut huius Sacramenti necessitatem & virtutem, nec non modum quo suscipitur, perspicue intelligant.

*Quan-*